

dem est ^(a) a me quandoque, ut cum quid laude dignum exegisset; amatus vero nunquam, qui se timeri quam amari maluisset ^(b) ⁽¹⁾. neque enim spectatam eius clementiam ⁽²⁾ placebat plus legibus aut senatu ^(c) valere; nam, ut in libera civitate nomen ipsum crudel-
 5 litatis odiosum est, ita et clementie ^(d) invidiosum, nec facile solemus quenquam clementem dicere, nisi qui et ^(e) crudelis impune esse possit. eam potentiam, cum ^(f) execrerer in Cesare, non sane patientius in Pompeio tulissem, pro quo multa ut facerem, multa dicerem, et equitas ^(g) et beneficiorum memoria subigebat. eum,
 10 quando visum est, oratione mea venustavi; quando contra visum est, carpsi; semperque, ut animo, ita et ^(h) oratione usus sum libera. quo libertatis genere et Dionysium et Quintum fratrem et nepotem ipsumque etiam Dolabellam prosecutus sum. Antonium quoque et Octavium ⁽ⁱ⁾, quos michi magnopere ingeris, non preterii, quorum
 15 unusquisque pro merito habitus est. ego enim nunquam ^(k) is fui, qui, cum ^(l) optimo facto amplissimam sibi laudem quesisset ^(m), premio suo quenquam fraudassem, aut, contra, meritam unquam ⁽ⁿ⁾ damnationem flagitio ^(o) denegassem. ille michi semper laudatus est et carus habitus, qui bene rem gereret, qui virtute prestare et claris
 20 facinoribus curavisset. sed priores illos tecum pretereo, in quos iure familiaritatis vel sanguinis liberius fortasse poteram agere ^(p). quis me furor, queris, in Antonium impegit? is ergo furor est in Antonium, qui, (si) in alios ^(q) quosque furor erat, in hunc tamen unum ^(r) aut summa providentia aut summa certe iustitia videri me-
 25 ritoque poterat? furor ergo est perditissimum hominem vel dignius furiosissimam beluam ⁽³⁾ quoquo modo possis arctare atque abigere? quod si vere reipublice fortuna non tulit ut ^(s) esset ab his pestibus ⁽⁴⁾

(a) C laud. est equidem RG laud. est quidem (b) G voluisset (c) G senatus
 (d) L et de clementia (e) L nisi et qui (f) R dum (g) L equitatis (h) G animo
 et ita et (i) R Antonium quoque et Antonium (sic). (k) L nusquam his (l) G tamen
 (m) L quesisset (n) Codd. nunquam (o) G om. flagitio (p) RG om. agere
 (q) C qui si alios LRG qui in alios (r) RG virum (s) L et

(1) Cf. *De offic.* II, VII, 23; VIII, 29.

(2) Cf. *Pro M. Marcello*, I, 1, 1: « inu-
 « sitatam inauditamque clementiam ».

(3) Cf. *Phil.* VI, III, 7: « belua im-
 « portunissima »; X, x, 22: « quid illa

« taetrius belua? »; VII, ix, 27: « pesti-
 « feram beluam », &c.

(4) Cf. *Epist. ad fam.* XII, xxv, 4:
 « [Antonius] pestis patriae »; e cf. X,
 xxviii, 1, e forse *Phil.* III, II, 5.